

De
ARTE V
LANDI.



*Cuius ope, quivis homo, sine
periculo, facilius, quàm ullum volucre,
quosunque lubet, semetipsum
promovere po-
test.*

A U T H O R E
FRIDERICO
HERMANNO FLAYDERO,
Poëtâ: Professore & Biblio-
thecario Tubin-
gæ.

*Cum eiusdem operum affectorum & maxi-
mam partem perfectorum
Indice.*



Typis Theodorici Werlini, Anno 1627.

11784 X 186 3048



G
de

D

FR

1
Q

I.



Illustri & Generoso,

GEORGIO

de CONARI, SLU-

PECKI, L.B.

POLONO:

Domino suo gratioſo

Omnem precatur inco-

lumnitatem

FRIDERICUS HER-

MANNUS FLAY-

DER POËTA.

Coronato.

QVO melius nemo totius ad ab-
dita mundi,

Magne Baro, celerimēte
volare poteſt:

A 2 AC-

*Accipe de nostrâ præsens opus Ar-
te Volandi:*

*Hunc hilariq̄ levem perlege fron-
te librum.*

*Qui quanquam primo videatur
inutilis esse*

*Aspectu, nullâ mole premente
manum:*

*Liberior liber hic toto tamen usque
volabit*

*Orbe, gerens secum nomen ubi-
que tuum.*



Nomi-

N
st
len

Ioha
Ioha
Ioha
Fra
Ioh
Geo
Phi
Her
Ioh
Zac
San
San
Fri
Iof
Ma

Nomina Magi-
 strorum, quorum in so-
 lenni renunciationis Actu, Ora-
 tiones sequentes fuerunt
 recitatae.

Johannes Oswald / Balingensis.

Johannes Ulricus Pregitzer / Tubing.

Johannes Bernhardus Leher / Stut.

Franciscus Conradus, } Cellarii, Lie-

Johannes Ulricus, } be-Cellenses.

Georg. Albertus Bauhoff / Tubing.

Philippus Ludovicus Daser / Stut.

Hermanus Blaser / Amstelrodamus.

Johannes Angelin / Biberacensis.

Zacharias Fischer / Stutgardianus.

Samuel Berlach / Gœppingensis.

Samuel Spindler / Sontheimensis.

Fridericus Francus, Nordlingensis.

Iosias Pistor, Balingensis.

Martinus Haarer / Tubingensis.

A

3

Ad

Ad Artis huius cupidos.

R Emigio alarum presenti disce
volare,

Altam quisquis avis currere se-
mitam aves.

Quemq; rapit tennes Phantasma
volatile in auras,

Et qui Naturâ plumbea factus
avis.

Non cursu Icaro tranabis nubila!
non est

Penna hîc: qua Solis tacta calore
fluat.

Sic dicto citius sinuosa Volumina
Mundi

Percurrens, oculis Regna ho-
minesq; leges.

M. Melchior-Sylvester
Eckhardus.

De



De

ARTE VO-
LANDI

PROPOSITIO

*Recitata in sollemni Magisterii Actū
Tubingæ à Magistro primo*

Dn. IOHANNNE OS-
WALDO BALINGENSI,

ANNO M. DC. XXVII,

5. Sept.

SI INVENTA
nova cum vete-
ribus rebus de-

perditis comparare ve-
limus, Auditores undi-

A 4 qua-

sc
se
na
us
at
re
na
o-
er



quaq; Magnifici, Illu-
 stres, Generosi, Reve-
 rendi, Excellentissimi,
 ibi inveniemus, nos
 longissimo intervallo
 vincere antiquos. Quã-
 vis enim prisca velint
 jactare sua stupenda æ-
 dificia, ut Circos, Ba-
 silicas, Tabernas, Nim-
 phæas, Thermas, Py-
 ramides, Labyrinthos,
 septemvè mundi mira-
 cula: aut reliqua, cùm
 ad splendorem, tum ad

uti-

utilitatem inventa; ut
Specularia, Aurichal-
cum, oleum incombustibile,
vitra ductilia,
aliaque infinita; tamen
quid nostri & superioris
seculi inventis dici
possit unquam, aut in-
geniosius, aut stupen-
dum magis ac illustri-
us? Invenimus novum
Orbem: Invenimus
non modò Typogra-
phiam, Chartam, Py-
xidem nauticam, Ho-

A s ro-

rologia, Cylindros,
Campanas, Bombar-
das, pulverem ignitū,
Staphia, Equorum sel-
las atq; soleas, & Con-
spicilia: sed & planè il-
lustravimus Alchymi-
am: imò Lapidem Be-
zoar, Rhabarbarum,
Cassiam, Saccharum,
mañam, destillationes,
aliaq; sexcenta in Me-
dicinã introduximus:
ita, ut nihil propè jam
excogitari possit, quod
non

Ars Volandi.

non fit ad summam perfectionem euectum; unico tamen excepto, quod aut nondum inventum, aut potius nondum rectè tentatum esse, mihi videri solet. Quodnam illud: nempe Ars Volandi, & per aerem evagandi peritia: quæ cur hæctenus tamdiu in obscuro latere coacta fuerit, non semel subijte mirari. Sunt homines, qui in-

A 6 star

star piscium in flumi-
 nibus non solum nata-
 re, sed etiam, quod stu-
 pendum est, in ipso ma-
 ri non unam horam sub-
 undis perdurare didice-
 runt. Imò etiam hoc
 nostro Seculo excogi-
 tatum est genus caliga-
 rum è coreo composi-
 tarum, & in star vesi-
 carum, sufflatarum,
 quarum adminiculo
 per aquas, non secus ac
 olim Petr⁹ in mari, am-
 bu-

bulare possumus. Ut
dolendum sit, neminē
hactenus fuisse inven-
tum, qui Volandi Ar-
tem fuerit professus.
Quod si veteres ab avi-
bus aquaticis, ac potif-
simū à Cygno (cujus
collum proram, venter
carinā, cauda puppim,
alæ vela, pedes remos
repræsentant,) naviga-
re didicerunt: cur quæ-
so nos ad eò somnolen-
ti & plumbei simus, ut
ab

ab avibus volatilib⁹ vo-
 latū disceret nolimus?
 Nemo nostrum est, cui
 ignotus sit ille Divi
 Mauritij Currus veli-
 volus: à quodam inge-
 niosissimo *Stephino* in-
 ventus: qui omni equo-
 rum, aliarumq; rerum
 impellentium ministe-
 rio carens, solā vi ven-
 torum, carbasis expan-
 sis, tantā cum rapidissi-
 mā celeritate in litore
 æquabili defertur; ut
 etiam

et
 na
 m
 m
 sp
 ra
 au
 O
 A
 h
 c
 t
 n
 r
 à

etiam ipsas in Oceano
naves, vento secundissi-
mo currentes, longissi-
mo post se relinquat
spatio, & paucarum ho-
rarū interstitio viginti
aut triginta Miliaria
Germanica emetiatur.
At si nondum Currus
hic inventus esset, quis
crederet narranti, tan-
tum pondus, totq; ho-
minibus onustum cur-
rum, tanto momento
à solo ventouum flami-

ne

ne deferri? quis non &
 ipse volare discat, alas
 induat, seq; aëri com-
 mittat? præsertim si
 quis aliquâ sit agilitate
 præditus, & jejunus,
 nondum cibo onustus,
 aut pinguedine ac cor-
 pulentiâ gravat⁹: quos
 (quia longius à levita-
 te absunt,) lubens ad
 volandum ineptiores
 esse concedam. Nihil
 itaque mihi jam restare
 videtur, quàm ut quis
 no.

nobis demonstret, quomodo hæc Ars sit addiscenda. Hoc enim opus, hic labor est. Et jamjam temetipsum, Doctissime Dn. Fridericæ Hermanne Flaydere, ut id nobis explicares, orarem: nisi meum hunc Commilitonem aspicerem & ipsum nescio quid meditantem super hac, quam dixi, quæstione: certè, nisi fallor, & is, oratione

ne

ne meâ inflammatus,
pulcerrimam Volandi
Artem addiscere cona-
tur.

II.

*Contra Volandi Artem,
Oratio recitata à Magistro
Secundo.*

IOHAN. ULRICO
PREGITZERO,
Tubingensi.

DROFECTO
tua te opinio
longissime fe-
fellit, mi Commilito.
Tan-

Tantum enim abest, ut
Volandi tuam Artem,
aut tecum laudem, aut
ut possibilem esse statu-
am, ut multò magis eã
summè vituperem, &
detester. Si enim primò
homines volare pos-
sent, quis quæso tutus
& securus ab istis avi-
bus infestis & nefastis
viveret? quanta undi-
que licentia, quanta re-
rum ubique confusio
existeret? quid quæso

ali-

aliud, quàm Seculum
 novum ferreum, aut
 lapideum, aut adaman-
 tinum ingrueret? quis
 hospes ab hospite tutus
 degeret? Quotus quisq;
 amator, auxilio pen-
 narum, noctu volaret
 ad Amasiam, sive Da-
 naen, non fecus ac olim
 Iovis aureus imber?
 quotus quisq;, quæso,
 adulterino correptus
 æstro, alienos marito-
 rum cuculorumve ni-
 dos

dos appeteret? Certè
fur divitum thesauros
instar corvi hiantis ex-
pilaret. Nugator ac de-
lator secretiorib⁹ con-
ventibus ubiq; volan-
do clanculùm interes-
set: & sic instar graculi
& picæ loquacis omnia
arcana eliminaret:
omnia oculis emissitijs
arbitraretur, aurem cu-
riosam ad omnium ja-
nuarum rimas applica-
ret: ubique hostis mu-

ros

ros transvolando, in
urbes irrueret: incau-
tos & innocentes truci-
daret: omnia flammis
devastaret: Uno verbo,
omnia vulturū, omnia
accipitrū, milviorum
& foeditissimarum Har-
pyiarū essent plenissi-
ma: & non solum, ubi-
que locorum, censura
corvis daret veniam, &
columbas vexaret: sed
& omnes leges, omnis
pietas & honestas susq;
deq;

deq; haberentur. Quod
si Hadingus Rex Da-
norum (sicut in Saxo-
ne & in Crantzio est le-
gere,) Handuanum,
Hellepontii Regem, in
Dunâ Urbe obsidens,
diversi generis aves, lo-
ci illius domicilij asse-
tas, capi jussit, earumq;
pennis accensos igne
fungos suffigi curavit:
quæ proprios repeten-
tes nidos, urbem incen-
dio compleverunt: cu-
jus

jus extinguendi gratiã
 oppidanis concurren-
 tibus, vacuas portas de-
 fensoribus reliquerūt?
 quid per Deum immor-
 talem homines nostri
 volatici non auderent?
 Passim certè Urbes, ut
 dixi, pulcerrimæ à ne-
 farijs istis volucrib⁹ in-
 cenderentur, diriperē-
 tur, extinguerentur.
 Quæ omnia faciunt, ut
 funestam tuam Volan-
 di Artem ad extremos
 Ga-

G
 pr
 tu
 ip
 est
 co
 nu
 mi
 ull
 tis
 da
 vel
 tiff
 nas
 me

Garamantas & Indos
profligandam esse sta-
tuã. Quinimò & illam
ipsam in homine planè
esse impossibilem judi-
co : Cùm non solùm
nullum me legisse me-
minerim Exemplum
ullius hominis volitan-
tis, nisi fabulam de Dæ-
dalo & Icaro proferre
velis : quorum hic stul-
tissime & temeritatis pœ-
nas gravissimas dedisse
meritò fingitur : Sed

B etiam

etiam, si gravitatem
hominis & pondus in-
tueri velimus, facilimè
impossibilitatē depre-
hendemus: ne dicam,
quòd volatus solis avi-
bus competat & pen-
natis: & quòd homo
ideò creatus esse nudus
videatur, ut eò formo-
sior & pulcrior esset:
quod nullo modo pos-
set fieri, si plumis undi-
que & pennis, instar
ululæ, aut monstri cu-

jus-

jusdam, esset circum-
volutus. Ridiculum
quoque mihi visum est,
quod dixisti, hominem
jejunum atq; macrum
esse multò leviozem, &
ad volandum aptiorem
cùm ab omnibus fermè
Medicis contrarium
statuatur: quòd nempe
homo, qui probè sit sa-
ginatus (modò cætera
sint paria,) ob spiritu-
um majorem abundan-
tiam, sit multo levior

B 2 ma-

macilento aut jejuno:
ita, ut ad Artem tuam
Volaticam, ego, contra
opinionē tuam, omni-
um pinguiſſimos & o-
ptimè paſtos, eligen-
dos eſſe cenſeam, ſi
hanc, aut poſſibilem,
aut non pernicioſam
eſſe judicarem. Sed
cū in communi pro-
verbio, Omne trinum
eſſe perfectum ſtatua-
tur, operæ pretium eſ-
ſe arbitror, ut poſt nos
duos

duos invicem dissiden-
tes, tertius quidam in-
terveniens, de hac ma-
teria audiatur. Qua-
propter Te, Humanif-
sime Domine Magi-
ster, Friderice Herman-
ne Flaydere, Poëta &
Professor Doctissime,
oro atque obsecro, ut
nostras hæc opinio-
nes, in novorum Ma-
gistrorum gratiam, ju-
diciij tui examine pon-
derare, ne graveris: &

B 3 quid

quid de Arte Volandi
sit statuendum, libere
explicare ne averferis:
pro quo labore in no-
stram gratiam, ut spe-
ro, à te benevolè succe-
pto, nos in perpetuum
gratissimos, re ipsâ
experieris.



Resp.



Responsio

FRIDERICI HER-
MANNI FLAY-
DERI.

*In quâ de Verâ Volandi Ar-
te agitur.*

INVITASTIS
me, Magistri
Ornatissimi,
Doctissimiq;, ut, quid
de Volandi vestrâ Arte,
animi mei sit, ingenuè
in hoc nobilissimorum
Hominum coventu,

B 4 ape-

esp.



aperirem : Ecce , non
solùm id , quod tam
amanter à me petijstis,
libentissimè faciam :
sed etiam me in hac ma-
teriâ enodandâ , in vos
tam largum & benignû
habebitis , dũ sic ipsissi-
mam Volandi Artem
sum descripturus , ut ,
si me rem omnem sim-
plicissimè absque ullis
verborum flosculis ex-
planantem , ut spero ,
audiveritis : Nemo ve-
strum

strum sit futurus, qui,
Volandi Arte à me suf-
ficienter instructus,
nō pro suo lubitu hinc
inde, multò meliùs ce-
leriusque, quàm ullum
volucere, sit a volaturus.
Quod, dum facio, Vos,
Magnifici, Illustres,
Generosi, Excellentis-
simique Auditores, tu-
que Concio studioso-
rum undiquaque flo-
rentissima, præbete,
quæso, mihi aures placi-

B s das

das ac benevolas, dum
illam Artem brevissi-
mis pertracto, quam
non solum hactenus
neminem unquam in
ullâ professum fuisse
Academiâ nemini, sed,
quæ unumquemq; eti-
am, sine ullo periculo,
ad loca inaccessa, re-
gionesque ipsis quoq;
a vibus in vias, perducet
Ut autem hanc rem ad-
mirabilem suo ordine
aggrediamur: neces-
sum

sum primò est, mei Ma-
gistri, ut opiniones
quasdam ex animis ve-
stris evellam. Quorum
alter dupliciter pecca-
vit. Nam & hanc Ar-
tem primò culpavit: &
deinde etiam velut im-
possibilem proclama-
vit. At, an nescis, mi
Magister, quòd Ars nul-
lum habeat osorem, ni-
si ignorantem. Fersi-
tan adeò injurius es in
hanc Artem, quòd non-

B 6 dum

dum volare didicisti?
Nam quæ vituperia dixisti, illa sunt abusus, qui tamen nunquam tollit usum. Unicum tantum nostræ Artis commodum è mille recensebo. Quantum putas illos fuisse gavisos, qui obsidione in Arce aut Civitate aliquâ quondam pressi, unicum tantum hominem hac Arte præditum habuissent, quem volan-
tem

tem, velut vivam epistolam, emisissent: Sicut columbæ in obsidione Leidenfi emissæ fuerunt: quarum exuvia adhuc in eadem Lugdunensi curiâ reservantur: ut, quod non solum, rebus Confœderatorum adhuc angustissimis, ipsam urbem ab obsidione immanissimâ, sed totam etiam provinciam ab interitu vindicarint.

Di-

Dicis etiam, solas aves
volare: at cur & pisces
sunt, qui volant atque
culices? nec solum pen-
nata volant, quia &
vespertilo volat. At
quod pennas plumasq;
multum à nuditate ac
formositate hominis
detrahere arbitraris,
forsitan in causâ est,
quod aves nudæ pul-
criores tibi videntur,
præsertim in mensâ ac
in patinâ, quàm plu-
mis

mis adhuc exornatae.
Cæterùm, quod ad im-
possibilitatem attinet,
alter vestrum nimiam
hominis gravitatem
induxit. At, cur quæ-
so alæ hominem à tel-
lure auferre ac sustine-
re nequeant, cùm A-
quilam avehant, susti-
neantque? quæ tamen
plus uncijs quinque
pendet, quantum in
homine ponderis re-
ferri à Philosophis me-
mo-

moratur? Inspice me-
 cum in Bibliothecâ
 Universitatis scleton.
 Ciconiæ, ibi videbis,
 ejus alas non multum
 rostri longitudinem
 excedere: quæ tamen
 totam, quanta est,
 Ciconiam, cum col-
 lo, cum rostro, cum-
 que pedibus longissi-
 mis, ad nubes usque su-
 stollunt. At quid ad il-
 lam respondebis Co-
 lumbam, quam Archi-
 tam

tam Tarentinum vola-
tilem fecisse Gellius an-
notavit: quod opus li-
bramentis suspensum,
& aurâ spiritus inclusâ,
atq; occultâ concitum
fuisse, ex Græcorum
Philosophis, ac præci-
puè ex Favorino, me-
moriarum veterum ex-
sequentiſſimo, affirma-
tiſſimè idem autor re-
cenſet. Imò, & ego ta-
lem Columbæ volitan-
tis machinulam, cujus

Ar-

Architam tradunt auctorem, vel facilimè profiteri audeo, inquit Scaliger, Exercitatione trecentesima vigesima sexta. Materia nempe ex junci medullâ parabilis, vesiculis aut pelliculis amicta, quibus auri bracteatores utuntur, nervulis obvoluta: ubi semicirculus rotam unam impulerit, motum præstabit aliarum, quibus alæ
agi-

agitabuntur. Hæc de
aviculâ volante inani-
matâ : Sed jam ad ho-
mines volaticos, & ad
ipsissimam Volandi Ar-
tem me convertam.
Dixistis itaque, Vos
nunquam legisse quen-
quam potuisse volare,
excepto Dædalo & Ica-
ro : quos tamen liben-
ter ad fabulas, hoc est,
ad vitrea fracta, & fo-
mniorum interpreta-
menta remittimus.

Quid

Quid si verò ego Vobis
 contrarium ex fide di-
 gnissimis scriptoribus
 proba vero ? Extat li-
 bellus, cujus Titulus,
*Compendium Miraculo-
 rum, Hispano idioma te
 conscriptus, à nobilif-
 simo quodam, Alva-
 ro Gutierrez de Tor-
 res de Toledo: dedicatus
 Illustrissimo & Reveren-
 dissimo Domino, Don A-
 lonso de Fonseca, Archi-
 episcopo Hispaniarum
 omni-*

omnium Excellentissimo.

Hic Hispanus Author
elegantissimam & ad-
mirabilem sanè Histo-
riam recenset, de quo-
dam Monacho volan-
te: dicto *Elmero ex Mal-*
maberia: qui cætera qui-
dem, in maturiori de-
inceps ætate, fuerat
omnium doctissimus:
ita, ut etiam Cometã,
infestum postea terra-
rum omen, longè ante
ejus exortum prædixe-
rit

rit: In juventute verò
planè audacissimum
hoc facinus aggressus
est. Adaptavit manibus
pennas, ratus se certis-
simam Volandi Artem
invenisse: instar Dæda-
li, cujus fabulam, vitio
humanæ gentis, esse
veram arbitrabatur.
Quid fit? E turri ven-
tum captat, & volando
ultra unius stadij, hoc
est, ultracentum vigin-
ti quinque passuum in-
ter-

tervallum evagatus,
tantum tamen, partim
impetu atque turbine
ventorum, partim au-
dacissimi hujus incepti
metu, ad terram con-
cussus est, ut tibijs ef-
fractis, miseram dein-
ceps vitam vixerit, uni-
camque hujus turpissi-
mi lapsus causam hanc
fuisse dixerit: quod sci-
licet posteriori corpo-
ris parti, *caudam fuerit*
oblitus. Similiter *Erne-*
stus

stus Burggravius, Medicus hujus seculi planè admirabilis, in *Panopliâ suâ Physico Vulcaniâ*, libro omnium rarissimo, Noribergæ quendam fuisse senecionem scribit præcentorem, qui geminarum remigio alarum in aëra elatus, instar alitis evolabat, devolabatque: quam casu denique ex imprudentiâ comisso (affixæ enim alis, nescio quæ

quæ rotulæ, volatum
concitantes, aut impli-
cabantur, aut non ritè
applicabantur,) præ-
ceps lapsus, brachia &
pedes diffringebat. Cui
simile & Lutetiæ Pari-
siorum, memoriâ pa-
rentû, contigisse, me-
moratur. Taceo, quod
& Iohannes Sturmius
in Lat. Lingua resolvenda
ratione scribit : quen-
dam Venetijs è turri D.
Marci omnium altissi-

C ma,

mâ se alatum demisisse.
Imò plura adhuc pos-
sem, mihi notata, re-
ferre exempla, nisi tem-
poris angustia tacitè
dicentis aurem velli-
cans, hæc in præsens
sufficere admōeret. At
quamvis non auguria
norim, nec Mathema-
ticorum coelum curare
soleam: scio tamē, imò
ex vultibus cognosco
vestris, quid jam cogi-
tetis atque opponatis
mihi

mihi, mei Domini Magistri. Hosce nempe, quos memoravi, homines volaticos, pene omnes cecidisse, omnes brachia, crura, atque tibias fregisse: At ego vobis iterum subijcio: illos in hac Arte Volandi tantum adhuc fuisse novitios ac tiro-nes. Nam si rectè, atque ut oportet, volitassent, certè nec cecidissent, nec quicquam

C 2 cor-

Corporis fregissent.
 Quapropter, ingenuè,
 etiam de hâc, quamvis
 minus perfectâ, Volan-
 di, sic statuo, ratione;
 illam minimè esse im-
 possibilem; nec etiam
 dubito, si quispiam
 agilitate Iphiclæâ præ-
 ditus, à puero, alas va-
 lido ligamine humeris
 manibusque accom-
 modaret: periculum-
 que faceret, primùm
 tantùm à terrâ subsi-
 li-

liendo, & summis pedibus inter volandum, instar anferis, ingrediendo: posteaque negotio ex animi sententiâ sub manus optimè succedente, si novitius noster Dædalus, magis magisque corpus in sublimiores aëris partes libraret, ac sic labore indefesso, in hoc inceptu strenuè progredere: quin tandem usu & exercitatione

C 3 fir-

firmum satis volandi
 habitum, cæterisque
 mortalibus experimē-
 tum inimitabile asse-
 queretur: Cùm ea sit
 mortalium conditio,
 ut omnes fermè Artes,
 hoc tempore, ad sum-
 mum culmen sint eve-
 ctæ: Solâ pietate exce-
 ptâ, quæ quotidie dedi-
 fcitur. Quam tamen
 Artem, si cum nostra
 quam profitemur, con-
 feratur, velut imperfe-

C 4 Etam

Etiam & periculofam ,
malim audaculis & cu-
riofis relinquere: ne in-
ftar Icarï aut Monachi,
qui caudam oblitus fu-
it , turpi lapfu me tra-
ducamac prostituã. At
quã tandem Arte vola-
bimus , quæ nobis ho-
minibus , nec pericu-
lum, nec ullum metum
conciliabit? Hanc con-
clusionis loco , Audi-
tores Præstantiffimi ,
ingenuè, cum veſtrâ ve-

C 5 nia,

niâ, voce clarâ, jam jam
vobis explicabo. Sci-
tis, quanta sit præro-
gativa hominis: quem
rectè, & rerum omnium
compendium, & regulam
viventium, & verum
miraculum in naturâ, &
animal sanctum nomi-
naverimus. Hic homo
tantâ præditus est à Deo
Ingenij & Sapientiæ
præstantiâ, ut, licet nu-
dus in hoc mundi Am-
phitheatrum sit pro-
du-

ductus, ita, ut nec ro-
stro ad mordendum,
nec dentibus ad lace-
randum, nec cornibus
ad feriendum, nec un-
guibus ad dimicandū,
nec etiam alis ad volan-
dum, sit armatus: Ta-
men suâ Arte ac Pru-
dentiâ facilimè recom-
penset, quô à naturâ
destituitur: Ut etiam
ideò nudus esse videat-
ur oportere: Ut pro
suo lubitu plurimis in-

C 6 Aru-

sturmentis uti possit :
 in quo unica hæc ma-
 nus, instar Delphicæ
 machæræ, omnibus ac-
 commodari potest: cu-
 jus ope, laceratur, feri-
 tur, dimicatur, nata-
 tur, volatur. Quare, li-
 cet vultur odoratu,
 vulpes auditu, canis
 utroque, gallina gustu,
 aquila visu, limaces at-
 que ostreæ tactu, lepos
 cursu, piscis natatu,
 avis volatu præstent :
 plu-

plura tamen homo judicat, plus differentias visibilibus, tactilibus, aliorumque discernit: imò ipsâ ratione, ipsâ mente ac prudentiâ potius operatur. Quid enim opus est, ut homo ijs valeat sensibus & facultatibus, quibus valent bruta animantia: cum sit sapientissimus, sit ingeniosissimus, sit prudentissimus? Non enim cibus homini
que-

quærendus est, vel naribus, vel oculo, vel cursu, vel volatu: quæ momenta naturæ ad bestiarum victum instituta sunt: Satis est, quæ ubique obvia, ubique admota, ubique parabilia sunt, si referat ad intellectionem, si rectè iudicet, si rite utatur ratione. Mente igitur acutiùs videt, quàm aquila: Mente sagaciùs odoratur, ac-

CU-

curatiusq; audit, quàm
canis ullus: Mente, me-
liùs natat, quàm piscis;
meliùs currit, quàm le-
pus, & denique meliùs
Artem Volandi tenet,
quàm avis ulla. Quid
enim opus est, vel Tri-
ptolemi curru, vel Me-
dææ Draconibus, vel
Perseu Dædalivè pen-
nis? si homo mente at-
que ratione ubique vo-
lat, ubique vivit, ubiq;
operatur? aut, quid ju-
vat

vat ipsum corpus in al-
 tum velle sublevare:
 Si anima pennas abij-
 ciat, aut illi turpiter
 alæ incidantur, hoc est,
 si obtusi ingenij obæsi-
 tas, si vitiorum lutum,
 atque improbitatis vi-
 scum, tenorem atque
 usum pennarum remo-
 retur & corrumpat, at-
 que nobis *affigat humo*
divine particulam aurea?
 Gratia tibi sit, ô Deus
 immortalis, qui hac ex-
 qui-

quisitissimâ Volandi
Arte nos remuneratus
es : tantâque præ reli-
quis animantibus nos
affecisti dignitate : ut
ad volatus nostros
omnium velocissimos
perficiendum, nequi-
dem indigeamus alis
materialibus & soluti-
libus istis, ad levandum
corpus hoc inutile, hoc
fragile, hoc pondero-
sum : Sed ingenij tala-
ribus rapidissimis, ita
omnes

omnes exsuperemus
aves, ut jam possimus
facere alas in mari, nec
tantum supra aërem,
sed etiam infra terram
& ex terra rursus supra
omnes Coelos nos ef-
ferre alis intellectus.
Habetis itaque jam
certissimam Volandi
Artem: habetis Com-
pendium à terræ hujus
fordibus abeundi ex-
cellentissimum: habe-
tis exquisitissimam per-

in-

invias alioquin coelorum
vias extirpandi
methodum, quæ nul-
lius quidem auri alia-
rumque opum ope, sed
solius intellectus censu
inæstimabili paratur,
quam nec ipsamet illa
bonæ mentis soror, (ve-
lut elegantissimus ne-
quam Petronius age-
bat) Paupertas, quam-
vis cætera prope bona
omnia impediatur, impe-
dire potest: habetis de-
ni-

ni que , & , nisi fallor,
jam tenetis, Auditores,
verum per aëra evagan-
di privilegium , quo
unusquisq; animæ ce-
lerrimis volatibus , in
omnes mundi angulos
delatus , coeloque toto
pervius, omnes aquilas
in nubibus exsuperat:
cujus vi, quilibet,
totus liber , totus sui
juris, sui compos, instar
fulguris & fulminis,
unico momento , quo
li-

libet, ibit. Hæ divinæ
pennæ, sunt rationis
instrumenta: hæ alæ,
sunt iudicij & ingenij
ornamenta: hæc tala-
ria, sunt nostræ Artes,
nostræ disciplinæ ac
scientiæ. Hinc, si astra
volando contemplari
voles, ecce *Astronomia*,
si hunc aërem, hanc
terram & Oceanum, ec-
ce *Physica*, si regnorum,
regumque vices, ecce
Politica, si præteritas
simul

simul ac futuras res, ec-
 ce *Historia*, si ipsum ho-
 minem, ecce *Medicina*,
 si Iustitiam, ecce *Juris-*
prudencia, si Deum, su-
 pra omnes coelos ubiq;
 viventem, ecce *Theolo-*
gia, O homo, tuæ men-
 tialas, tuæque rationi
 talaria accommodabit.
 Quâ pulcerrimâ Volan-
 di Arte, cùm & Vos,
 mei Domini Magistri,
 jam prope à pueris, non
 indelectatos, felicissi-
 mo

mo successu uti coepis-
se hodiernus Actus de-
monstrarit: ita, ut ex-
pansas mentis vestrae
pennas, non mediocri-
ter ignorantiae nido
extendisse videamini:
Quapropter, non so-
lum vobis omnibus &
singulis, hanc evolandi
felicitem gratulor,
sed ex imo quoque pe-
ctore voveo precorque
ut & porro DEUS im-
mortalis, verus ille in
coe-

coelos usque evolandi
Magister, vobis Artem
ad omnia bona fausta
& felicia volandi, cle-
menter largiri velit:
donec tandem nos
omnes, non quidem
turpes upupæ, aut su-
perbi pavones, aut hi-
antes corvi rapacesque
milvij, aut incendiariæ
Spinturnices, sive
Stryges ac Bubones,
aves inauspicatæ, sed
velut simplices colum-
bæ,

bæ, aliæque volucres,
omnium auspicatissi-
mæ, Christo Salvato-
re, nostro unico Phœ-
nice, prævolante, in
Æternos Paradisi ni-
dos, quisque suos, ca-
tervatim a vole-
mus.

D I X I.



Fri-



FRIDERICI

HERMANNI FLAYDERI,

Librorum affectorum,

& maximam partem jam perfe-

ctorum : evulgatorum , & prope-

diem , D E O secundante ,

evulgandorum , Ca-

talogus.

I.

Danielis Heinsii Peplus

Gracorum Epigram-

matum , continens omni-

um celebriorum Graciae

Philosophorum vitas , en-

comia , & opiniones , Ver-

sibus

sibus Latinis interpreta-
tus, & nunc multis modis
correctus.

2. Eiusdem Poëmata
Græca, versa versibus La-
tinis.

3. Anacreontis omnia
quæ inveniuntur: Cum
triplici Versione & Ana-
lectis. Editio secunda au-
ctior & emaculatio.

4. Exercitia Orato-
ria, Tubingæ publicè reci-
tata: Scilicet

D De

1. De quatuor Anni temporibus.
2. De Otij Negotio.
3. De Principatu urbium excellentiorū in Europā: ubi semper Germanorum urbes urbibus aliarum nationum opponuntur, & præferuntur
4. De Animalium quorundam Philanthroporum utilitate.

De

5. De Affectibus hu-
manis.

6. De re omnium for-
tissimâ, ut de vino,
de rege, de muliere,
ac tandem de Ve-
ritate, sive de Deo,
ex Iosepho & Esdra
capite quarto de-
sumptum.

5. Volumen continens
Orationes decem variarum
materiarum.

6. Comœdia sex.

1. Imma Portatrix.

D 2 Lu-

Anni

gotio.

u ur-

tiorum

sem-

um

alia-

n op-

pre-

um

Phi-

uti-

De

2. Ludovicus Bigamus.

3. Argenis.

4. Moria Rediviva.

5. Amyntas. Versa
ex Italico.

6. Sanctia.

7. Tractatus de omnium sceleratissimo Bacchana-
nalianorum sacro, deq; cala-
mitatibus, quæ ex illorum
celebratione hinc inde, in
Italiâ, Galliâ, Germaniâ,
alijsq; locis, cum antiquis,
tum nostris acciderunt
tem-

temporibus : ex probatissi-
 mis variarum linguarum
 nationumq; Historicis col-
 lectus.

8. Volumen Poema-
 tum Græcorum, Latino-
 rum & Germanicorum,
 continens Elegias, Epi-
 grammata, Heroica, va-
 riorumque generum Car-
 mina.

9. Orationes Danielis
 Heinsii, de Nativitate &
 Passione Christi verse ser-
 mone Germanico.

D 3 Tra-

10. *Tractatus de Villis Romanorum*: in quo omnia, quæ ad illarum ortus, culturam, ædificia, pretia, usus & abusus, delicias, variasq; Historias, pertinent, ex antiquis non solum ordine recensentur Authoribus: sed etiam earundem rudera & monumenta, etiamnum hodie in Italiâ extantia, ex Itinerarijs novis describuntur.

11. *Græcæ Linguae Nucleus, sive Epitome Epitoma-*
ma-

marum & Graecolatino-
rum Lexicorum.

12. *Anima Virgilij*,
sive *Commentaria Iulij*
Casaris Scaligeri super
Deo Poetarum. In usum
illorum, qui post reliquo-
rum Commentatorum
lectionem, Maronem in-
tus & in cute intelligere
volunt.

13. *Adversaria Hi-*
storicophilologica: conti-
nentia annotationes sele-
ctissimas ex Authoribus &

D 4 Com-

Commentarijs multiplici-
bus collectas.

14. Dioscorides Graecus, cum Latinâ versione è regione: ac Notis.

15. Aristophanis sex reliquæ, à Frischlino in Ætæ, Comœdiæ, stilo Plauti & Terentij interpretatæ, ut versus versusi respondeat.

16. Francisci Petrar-
chæ Triumphæ sex, ex Itali-
co in Latinum sermonem
versi, quales sunt.

Amo-

1. *Amoris.*
2. *Castitatis.*
3. *Mortis.*
4. *Fama.*
5. *Temporis.*
6. *Æternitatis.*



D 5 Vo-

lici-

ra-
one

sex
ta-

uti

ta,
on-

ar-

ali-

em

30-

Votum, quo
hunc de Volandi
Arte libellum, cū
præsenti suorum Operum Ca-
talogo, evolantem, Author
profecutus est.

I liber, inque novam cum
fratribus edite lucē,
Illos & simili more vo-
lare doce.

I, medioq; vagas celer ex u-
te tramite pennas.

Nec nimis alta quidem,
nec nimis ima petēs.

Dum-

*Dūq̄ magisq̄ magisq̄ leua-
tus es, intereundū*

*Hac, age iussa simul dic
Patris esse tui.*

Non illum curare tuos,
male Zoile, mor-
sus:

Nam sine te, benè se,
noscere, scire ni-
hil.

Et, sine te, dudū tellu-
ris mole remotâ,
Ad solum celeri mē-
te volasse Deum.

Errata.

Pagina 10. lin. 10. pro coreo, sorio.
p. 12. l. 2. pro disceret, discere. p. 13.
l. ultimâ, pro ventouum, ventorum.
p. 32. l. 7. pro nemini, memini.

174 246 07
F I N I S.



V077
174

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

3/Color Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

